

res. secreti magistri portulani et procuratores ac magistri Salis apulie salutem et dilectionem sinceram In iuncto nobis per quoddam commissionis nostre Capitulum Inter cetera que continentur in eodem quod decimam et alia Iura, consueta et debita. Ecclesiis aliisque venerabilibus locis seu personis ecclesiasticis. aut religiosis de procuratoribus et Iuribus quomodocumque Cabellarum et Iurium Regie Curie Iurisdictionis nostre prout tempore clare memorie domini Regis. Karoli primi Ierusalem et Sicilie Regis. et subsequentes tempore felicis Ingressus domini domini Regis. Karoli secundi. de eorum mandato consueverunt exolvi eisdem Ecclesiis venerabilibus locis seu personis religiosis aut ecclesiasticis. de pecunia Cabellarum et Iurium predictorum cum Integritate solvamus. Nunc autem petitio a nobis pro parte discretorum virorum archipresbitero. et capitulo Maioris. Barolitane ecclesie. quod cum tam predecessorum eorum qui fuerunt pro parte. quam ipsi. a Catholicorum Regum Sicilie temporibus usque per totum annum proximo preteritum quinte Indictionis quartam partem decime baiulationis, dohane et aliorum veterum Iurium Curie in Barolo. tarenos auri quindecim. ponderis generalis de veteris. buccarie ipsius terre. et libras de cera sexaginta pro cereo pascali. emendas de pecunia Curie annis singulis consueverunt ratione Maioris barolitane ecclesie. recipere a Curia et habere, dictos quartam partem decime tarenos et ceram pro anno presentis sexte Indictionis pro quo nondum receperunt eadem. exhiberi sibi pro parte Curie. mandaverimus. Nos igitur volentes in hiis Capitulum ipsum debitam executionem sortiri. nec ad exhibitionem predictorum quarte partis. decime, tarenorum. et cere bono modo procedere valeamus nisi prius constet nobis de consueta perceptione quarte partis decime baiulationis dohane et aliorum veterum Iurium Curie in dicta terra Baroli, nec non dictorum tarenorum quindecim. de veteri bucceria ipsius terre; atque predicta-